Ἀλλὰ μὴν τὴν γε παιονα. sic usq[ue] graecos socios a ph[ilipp]o abalienatos esse docuit or[ator]. ea ostendit ide[m] factarus barbaros ἦγαθον a conicibus

Δεῖ τοίνυν in epilogos ingreditur ea orator, epilogi aute[m] constant enumeratione, amplificatione, animoru[m]q[ue] permotione, ne[que] ta[men] semper in epilogis hae tria reperiuntur, na[m] interdu[m] cu[m] res notae sunt enumeratio praetermittitur. hic ta[men] omnia sunt, na[m] p[rim]o loco repetit or[ator] superiora arg[umen]ta succurrendu[m] esse Olynthiis, ne[c] eam occasione[m] negligendam mittenda[m] legatione[m] proficiscendu[m] ipsis met in militia[m], secu[n]do loco Atheniensiu[m] animos in iram contra philippu[m] impellit, ait.n. cu[m] libentiss[ime] ac paratiss[im]o animo in attica[m] uenturu[m] si talis illi contingat occasio, ac sic ea q[uae] atheniensibus ea sese offert quid aut[em] referat in Attica an procul ab ea bellu[m] geratur pauciis docet, si in Attica[m] bellu[m] ueneit qua[m] incommoda sit allaturu[m] demonstrat cu[m] amplif[icatio]ne[m] ut augeat hunc locu[m] a damno, ac turpitudine qua[m] secu[m] allaturu[m] e[st] bellu[m], contra declarat quod commodu[m] honestu[m]q[ue] futuru[m] sit si procul ab attica bellu[m] administret[ur] πῶς ἂν αὐτὸν φαῖται ira in ph[ilipp]u[m] hac oratione. quadam .n. conciliatur nobis animi eoru[m] quoru[m] commodis ac dignitati fauemus, ita contra alienatur si nocere illis studeamus quod in ph[ilipp]o ostenditur

http://digital.slub-dresden.de/ppn346358779/22